



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Comitvm Par Genere, Potentia, Opibvs, Heroicaq. Virtvte
inclytum B. Godefridus, Vuestphalus, S. Romaricus,
Austrasius**

Serarius, Nikolaus

Mogvntiæ

Cap. XLVIII. Simile, cum quodam ad matutinas Dei laudes excitato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37252

nim Dominus in mentem eius beati
 viri memoriam, quem adhuc viuen-
 tem bene notum habebat, & morte
 obita de virtutibus eius præclara
 multa compererat. Hinc toto cordis
 affectu cœpit implorare, quatenus
 suis apud Deum precibus tanto sub-
 ueniret dolori. Mira res. Vbi comple-
 ta est pie credentis & de sancto viro
 præsumptis oratio, dolor omnis au-
 fugit continuo.

CAP. XLVIII.

*Simile, cum quodam ad matutinas
 Dei laudes excitato.*

Eodem quoque doloris periculo
 quidam ex nostris, qui sancto
 adhuc viuenti familiaris extiterat,
 permultum vexatus & infirmatus
 est. Dicitur est illi & consultum, ut
 ad brachij minuendum sanguinem
 phlebotomum posceret, quod agens,
 nihil omnino salutis consecutus est.
 Nouissime cum edidicisset prædi-
 ctum

Ms. po-
 meret.

etum sanctorum remedium, cepit & ipse nostrum fideliter inuocare patronum. Fecit hoc, & mox curatus est. Hic Dei famulus Spiritu nobiscum est gaudens cum Apostolo, & videns ordinem nostrum ac firmitatem fidei, quæ est in CHRISTO.

Cum etiam è fratribus vnus ad *MS. n. 1178.* hymnos matutinos processurus celerius surrexisset, paululum forte resedit in lectulo, & , repentino sopore concidentibus eius oculis, egressa est processio. Moxque vir Dei clarus affuit dormitanti, & vocans eum ex nomine: Frater mi, ait, surge quanto citius, quia chorum iam ingreditur conuentus. Ad cuius ilico vocem surrexit, & citato gradu fratres procedentes consecutus est.

(:)

CAP.